rem qui accolūt: odore uiuunt pomorū siluestriū:
 lōgiusq; pergentibus eadem in p̄sidiū gerunt.
 Quosdam etiam ī India nasci perhibent labit infe-
 rioris adeo prominentis/ ut in solis ardoribus to-
 tam ex eo faciem contegāt. Aliis concreta ora esse/
 modico foramine auenarū calamis pastus haurien-
 tibus. Esse aliam gētem siluestrem sine uoce/ strido-
 ris horrēdi/ hirtis corporibus/ oculis glaucis/ denti-
 bus caninis. Scyritas gentem īter indos narium lo-
 co foramina tantū habērem. Ad extremos fines in-
 diæ Astomorum gēte sine ore/ corpore toto hirtā/
 halitu tantum uiuentem: nullus illis cibus: nullus
 potus. Super hos extrema parte montium Spitami
 Pigmēiq; narrantur: statura cubitales: quos a grui-
 bus īfestari Homerus prodidit. Cyrnos indorum
 genus tradūt annis centenis quadragenis uiuere.
 P andoras in conuallibus indiae annos ducentos ui-
 uere: in iuuenta cano capillo/ qui ī senectute nigre-
 scat. Viros indorum quosdam cum feris coire: se-
 miserofq; esse partus. Nasci hoīes in eadem regio-
 ne cauda uillosa/ p̄nicitatis eximīæ. Alios auribus
 rotos contegi. In Taprobane insula longissimam
 Chelono- uitam sine ullo corporis langore traduci. Chelo-
 nophagi ī Carmania: qui non alia q̄ testudinis car-
 ne uiuunt: piscium cute se uelant. Centauri ī Theſ-
 salia secus montem Pelium habitantes media par-
 te uiri/ & altera equi describuntur. Hippopodes ī
 oceano scyricho humanam usq; ad uestigiū for-

Scyritæ

Astomi

Spitami

Pigmēi

Cyrni

Pandoræ

Semiferi

Chelono-

nophagi

Centauri

Hippopo-

des

mam tenentes in equinos pedes desinunt.

Cyclopes uiri gigantēs in Sicilia iuxta ætnam mon
rem degentes unicum tantum oculum in medio
frontis habebant. **Cyclopes**

Briareus & Gyges fratres Titanis & terrę filii/gigan
tes uiri fortissimi Neriton insulam habitabāt: quo
rum singulum centum manus habere dixerunt/&
capita quinquaginta. **Briareus**

Gerionem regem Erithręe triplici forma prodiderūt. **Gerion**
Fuerunt enim tres fratres tantę concordię/ut in tri
bus corporibus quasi una anima esse putaretur.

Sirenas tradunt Acheloi & Calliopis Musę filias mi
rę pulchritudinis/insulas quasdam incoluisse iux
ta Pelorum Sicilię promontorium:uirginis os cor
pusq; gerētes usq; ad umbilicum: ab umbilico infra
pisces esse dicūt / pedes galinacios habētes. Earū
noīa Parthenope/Leuchosia/Ligia: quę tanta dul
cedine cantus nautas afficiebāt: ut ī soporem uerte
rent: quos sōno oppressos submergebant/& deuo
rabant. Meretrices pulcherrimas has pleriq; fuisse
uoluerūt solitas decipe nauigātes. **Troglodytas**
ī aethiopia uelociōres equis pdiderunt: qui pro do
mibus specus habēt. Victus serpentum carnes. Stri
dorq; non uox: adeo sermonis commertio carent.

Blemii
Argus
Nomades
Blemii uice/oculos ī humeris habētes. **Argus** ferūt mul
tis circa caput oculorū luminibus ornatū. **Aethio**
Nomades pasNomadū octona cubita lōgitudine excedere. **Nomades**

Vltra deferta libyæ Atlâtes sunt populi ab hūano ri-
 tu prorsus exulâtes. Nulli proprium uocabulum:
 nulli speciale nomen: ustiq; undiq; torrentis plage
Atlâtes sidere oderūt deū lucis. Gamphantes nudi de-
 gunt/ ac externorum cōmertia deuitant. Garamā
Gāphasan res nudi arant: consortiaq; hominum diffugiunt.
Garamâtes Gorgones serpētibus crinitas formosissimās fuis-
Gorgones se tradiderunt: quas aspicientes ī lapides uerebā-
 tur / ob stuporē admirādæ pulchritudinis. Fuerūt
Medusa autem quatuor sorores præstantis formę. Medusa
 Euryale / Sthenio / & Scylla: capillos aureos haben-
Scylla tes. In eis īsulis regnauerūt / quæ Gorgades appel-
 lantur. Scylla soror Medusę artibus Circes pubete-
 nus ī uarias mūtata est formas. Nam succicta erat
 capitibus canum & luporū: ac magnis latratibus ī
 freto siculi maris nauigâtes deterrebat. Cuius for-
 mam. iiii. ænei. Virgilius descripsit.
 Prima hominis facies & pulchro pectore uirgo
 Pubetenus. postrema īmani corpore pistrix.
 Delphinū caudas utero cōmissa luporum.
Caribdis Caribdis at̄ foemina fuit uoracissima: quæ boues
 Herculis rapuit: & ī maria deiecta naturā pristinam
 seruat. Nam sorbet uniuersa. Est enim locus pericu-
 losus ualde īter italiā & Siciliā. Scylla in italia
 est: Caribdis ī Sicilia.
Augustius Aurelius Augustinus. xvi. libro de ciuitate dei mul-
 ta ex his quę supra memorauimus / mōstra descrip-
 sit / adiiciens quendam mortalem ætate sua natum
 duo

49
duo habētē capita: duo pectora: manus quatuor:
uentrem aut unū: & pedes duos. Nō itaq; ipossibile
cuiq; uideri debet: ut quēadmodum ī singulis qui
busq; regionibus mirabiles quēdā figuræ sunt ho
minum: ita in uniuerso terrarū orbe quædam mon
stra sint gentium.

DE INSVLIS OCEANI MARIS.

Purimas quoq; extra orbem terrarum ī ma
ri oceano iudem auctores insulas & loca de
scripserunt / uariis habitata colonis . Siqui
dem in oceano atlantico ad extrema Mauritaniæ
cōtra montē atlantem a terra stadia . viii . abesse Cer
nen insulā Polibius prodidit . Et aliā cōtraatlan
tē: & ipsa Atlātis appellata . Insulæ fortunatæ nu
mero sex / positæ sunt ī oceano meridionali prope
occasum . Contra p̄montoriū quod hesperuceras
uocāt in fine aphricæ Gorgades insulæ narrantur:
bidui nauigatione a cōtinente distātes . Ultra has
duæ hesperidum insulæ tradunt̄ . Nec mauritaniæ
insularū certior fama est / ut Plinius refert: paucas
tamē constat a luba repertas; in quibus purpuram
tingere istituit . Ultra eas / fortunatas quasdā alias
plenq; esse dixerūt . In oceano æthiopico Alexan
dro Regi Clitarchus scripsit esse Renūciatam insu
lam adeo diuitē / ut equos talētis auri incolæ per
mutarēt . Alia insula aduersa æthiopiæ: cuius neq;
magnitudo / neq; interuallum a cōtinente cōstat.
Aethiopas tantū populos habere prodit̄ . Altera

Cernen

Atlantis
Fortunatæ

Gorgades

Hesperides

Fortunatæ

Renūciata

distillantibus arboribus odorem miræ suauitatis:
Cernen contra sinū persicū: Cernen uocant. A rubro mari
Colūnæ nauigantes uersus meridiem / propter ardores nō
posse ultra quasdā columnas / ita appellant parua
insulæ / prouehi.

In oceano indico insulam Solis tradunt semper ru
Solis isula bentem: omniq; animantium generi inaccessam:
quippe illuc ingressos uis intolerabilis æstus cōfe
Taproba stim exanimat. Taprobane grādis admodum in
ne sula in mari indico / margaritis scætet / & gemmis
omnibus. Ibi septentriones nequaquā aspiciunt.

Lucet canopos sidus clarum & amplissimū. Hoies
corporū magnitudine alios antecedūt. Viuunt pe
ne ultra humanā fragilitatē: auro argentoq; abun
dant. Ante eam mille trecētas septuagita octo insu
las esse prodidit ptolemęus. Iabadiū insula in eo
dem mari feracissima auro abundans. Crisæ & Ar
giræ insulæ auro argentoq; foecundę. Tilos insu
la celeberrima margaritis referta. In ea quęcunq; ar
bos nascit: nunq̄ caret foliis. Maniolæ isulæ decē
Maniole aduersę Indię extra gāgē: in qbus nauigia quę cla
uos ferreos habēt / detinent. Nam lapis herculeus
qui circa ipsas gignit / illa ad se trahit: nec ulterius
pgredi sinit. In oceano gaditano circa europam
Erythrea Erythream insulā pulcherrimam contra Bethicam.
Dionysius prodidit: in qua Gerione deuicto / eius
Cassiteri armenta Hercules rapuit. Cassiterides ex aduerso
des celtiberię insulas decem esse tradiderunt: a fertilita

te stāni nomē sortitas . Ibernia ꝓ hiberiā ꝓspectat Ibernia
 sic dicta : gētes habet bello ferocissimas : equos pa
 rit suauissimo incessu deambulātes . Thanatos in Thanatós
 oceano gallico insula foelix & gleba uberi : in qua
 nullus āguis uiuere pōt : qñ & terra illius quoquo
 gentium inuecta sit / angues illico perimit . Britan Britānia
 nia quæ nūc Anglia dicitur / insula grandis & fru
 gifera / pecore abūdās / auro / argēto / & ferro / in
 ter gallicum & germanicū oceanū sita est . Orcha Orchades
 des insule numero . xxx . in oceano britannico pro
 duntur / angusti iter se ductæ spatiis . Ebudes in Ebudes
 sulæ quinq; ī eodem mari : quarum incolæ ꝓ piscibus
 tantum & lacte uiuunt . Caunos insula proxima Caunos
 Tile . Tile īsula oceani septētrionalis / ultima a Ro Tile
 manis cognita : in qua solstitio æstiuo nullas esse
 noctes Plinius tradit . Scandinauia insula in coda Scādina
 no sinu / incompertæ magnitudinis : quam / ut Pli uia
 nius refert / alterum orbem terrarum esse credide
 runt . Hemodes insulæ septem & ipsæ in Coda Hemodes
 no sinu positæ / copia rerum foecūdæ . Phanefio Phanefii
 rum insulæ oceani septentrionalis : quorum aures /
 teste Solino / in effusam adeo magnitudinem di
 latantur : ut totum corpus illis contegant . Bano Banonia
 nia insula in oceano Scytico : in quam / ut Plinius
 tradit / ueris temporibus electrum fluctibus eicia
 tur . Balthia quæ & Basilia insula in eodem mari Balthia
 immēsa magnitudinis : quam a litore Scytharum
 ridui nauigatione distare uoluerunt .

Taxata Insulae in mari scythico Asiae multae sunt / sed una maxime uulgata / quae Taxata appellatur / contra caspium mare: cuius prima pars quae ad orientem uergit / ob frequentes niues inhabitabilis pdit.

DE NAVIGATIONE OCEANI MARIS.

Sed res postulare uideat: ut quo tempore nauigatus sit oceanus / paucis exponam: ne quisquam nouum aut inusitatum credat / quod Rex hispaniae / ut ferunt / indies ad exploranda noua littora naues mittat. Nam reponibus Traiani / ut Plinius refert / a gadibus colonisq; Herculis / hispaniae & galliarum circuitus totus nauigatus est occidentens. Septentrionalis uero oceanus maiore ex parte nauigatus est auspiciis diui Augusti germanica classe / & inde ad scythicam plagam. Ab ortu ex indico mari pars tota uergens in caspium mare pernauigata est Macedonum armis. Circa caspium quoque multa oceanii littora explorata. Cornelius nepos tradit Quirto Merello celeri / tum galliarum praefule / quosdam ex india comertii causa nauigantes tempestatibus in Germania abreptos. Alio latere Gadium ab eodem occidente magna pars meridiani sinus ambitu Mauritaniae nauigatur hodie. Maiorem quidem eius partem oceanii uictoriae magni Alexandri lustrauere usque in arabicum sinum: in quo res gerente. C. Caesare Augusti filio / signa nauium ex hispaniensibus naufragiis ferunt agnita. Et Hanno Carthaginis potentia florente circumuectus / a gadibus ad finem Arabiae /

44
nauigatiōem eam scripto prodidit. Cornelius tra-
dit Eudoxium quendam sua ætate cum Lathirum Eudoxius
Regem fugeret / arabico sinu egressum gades usq;
peruectum. Multoq; ante eum Celius antipater ui-
disse se qui nauigasset ex hispania ī æthiopiam cō- Celius
merti gratia.

Hactenus orbem terrarum iustrauimus / insulasq; cir-
ca terrā. Oceanū nauigauimus: mirabiles gentium
figuras descripsimus: uariosq; hoīum mores / ha-
bitusq; uirosq; nec ullo loco Antipodū regionem
offendimus. Illos uero qui australis regionis de-
uexa sortiti sūt: nō Antipodes / ut quidam uolue-
rūt: sed obliquos nobis esse Macrobius auctor est.
Reliquum est / ut sedulo inquiramus an possibile
sit inferiorē habitabilis nostrę partē illos incolere:
aduersaq; pedibus nostris calcare uestigia: quod
absurdum uideretur & īpossibile. Nam illic / ut Ma-
ro cecinit / intempesta silet nox. Semper & obiecta
densantur nocte tenebræ. Cum uero omnium fere
mortalium consensu / in medio aquarum elemen-
to suspenſa tellus librari dicatur / nō ne puerilium
prope deliramētorum est / id opinari aut credere:
ut instar piscium homines degant in aquis? Nam
terram circumfusam undiq; aquis inter omnes con-
uenit auctores / græcos / latinos & barbaros: præ-
ter eam partem quam princeps ille Deus qui hunc
mundum regit / ad usum animantium referuauit.
Est enim terra omnis quæ colitur a nobis / parua

Cicero quaedam insula / ut Cicero auctor est / circumfusa illo
Strabo mari quod atlanticum: quod magnū: quem oceanum appellatis in terris. Et Strabo libro. i. Primam inquit designatiōem repetētes dicimus habitabilem nostram circumfluam existentem ab exteriorē mari
Plinius multos sinus admittere. Plinius quoque libro. ii. Est igitur in toto suo globo tellus medio ambitu praecincta circumfluō mari. Et rursus. Sic maria circumfusa undique diuiduo terrae globo partem orbis auferunt nobis. Et Pomponius mela libro. i. Omne igitur hoc quicquid est / cui mundi caeliq; nomē indidimus / unū id est: & uno ambitu se & cuncta cōplectitur. Huic medio terra sublimis cingit undique mari oceano: eademque in duo latera quae emisperia nominantur / ab oriente diuisa ad occasum.

Verum quoniam ab exterioribus multa iam ad hanc rem collegimus / non erit ab re non nihil a sacris afferre litteris: ut undique falsitate obruta / ueritas facilius emergat.

Moses Primus autem omnium Moses theologus ille eximius qui diuinas leges conscripsit / pondus soliditatemque terrae praeter naturam suam in medio aquarum suspensam asserit: diuinoque instituto in locis suis fluctuantia reuolui maria: & ambitae circum dare littora terrae. Item Augustinus doctor praeclearissimus libro. xvi. de ciuitate dei. Quod uero Antipodes esse fabulantur / a contraria parte terrae / ubi sol oritur / quando occidit nobis / nulla ratione credendum est. Nam & si figura conglobata & rotunda

mundus esse dicatur / nō tamē consequens est / ut
 ex illa parte ab aquarum congerie nuda sit terra .
 Et super genesim. Cum. n. torā terram adhuc aqua
 tegeret / quia nōdum a mari distincta / & suis erat
 cincta littoribus; dixit deus: Congregentur aquæ
 in locum suū / & appareat arida. Vocauitq; aridam
 terram. Et Iosephus in primo iudaicæ antiquitatis **Iosephus**
 Tertia uero die statuit terram deus: circa eam mare
 diffundens . Lactantius firmianus in libro diuina **Lactātius**
 rum institutionum. Princeps & origo rerum oīum
 Deus condidit / formauiq; cælum: Solem cum cæ
 teris sideribus induxit: librataq; magnitudine sua
 terram montibus uallauit: mari circumdedit: anni
 busq; distinxit. Albertus magnus ī tractatu Sphe **Albertus**
 ræ. Aqua uero in omni sui parte rotunditatem ha
 ber: & superficiem terræ uelaret / nisi suo imperio
 ordinasset qui dixit: Cōgrentur aque in locum
 suum / & in medio earum appareat arida: ut cūcta
 in ea saluētur animantia. Cum igitur eorum inana
 nis superstitio initium cepit / quasi malorū fons
 Antipodes persuasit: Quorū opiniones si diligen
 ter inspexeris / a uanis quibusdam fatuisq; coniec
 turis profectas iuenies. Quemadmodum & Xeno **Xenopha**
 phanes falso dixit habitari in Luna / eamq; esse ter
 ranam multarum urbium & montium. Et Anaxago **Anaxago**
 ras niuem dixit esse nigrā. Sed nihil sentire melius
 est / q̄ praua sentire: ut in tertio de Academicis auc
 tor est Cicero: **Cicero**

IN QVIBVS LOCIS CHRISTVM APOSTO
LI PRAEDICARVNT



T autē ad extremū concludam: Cū deus
omnipotens nostros miseratus errores
unigenitū filium pro salute humani ge
neris celo demisit ab alto: nō ad inferiorem habita
bilis nostrae partem cōcessit: sed Betleem elegit na
riuitati: hierosolymā passioni. Aduenit autē Salua
tor noster Iesus christus/unica & certissima proles
Virginis intactae/magniq; tonantis olympi: ut a ca
ligine & tenebris errorū ad fulgentissimā ueritatis
lucē oēs undiq; gentes euāgelica praedicatione cō
uocaret. Ad Antipodes inq; nō accessit: nec quenq;
ex apostolis ad illos misit: qui nō in parte una or
bis terrarū: nec apud unā gentem: sed ubiq; euāge
liū Christi nunciarunt. Nā Petrus apostolorū prin
ceps & clauiger aethereus pontū/galatiā/bithiniā/
asiā/cappadociā/cæterasq; cōfines puincias circuis
se deprehēditur. Ad ultimū secūdo Neronis anno
ad expugnandū Simonē Magū Romā uenit. Pau
lus uero ab hierosolyma usq; ad illyriū euangelū
Christi praedicauit: Tandē & ipse ad urbē Romā p
uenit: ubi pariter cū apostolo Petro post multa mi
racula/& res sãctissime gestas/alter cruce/alter ense
trūphans aeternae uitae laureā cōsecuti sūt. Iacobus
qui & iustus cognōiatus est/frater domini/īsignis
uirtutum merito & uite priuilegio/primus ecclesie
hierosolymitanæ sedem suscepit. Tadeus ad Aba

Petrus

Paulus

Iacobus

Tadeus

42

garum regē ediffenorum gentis ultra Eufratem po-
 sitæ missus fuit. In mesopotamia quoq; & i supio-
 ribus ponti euangelizans efferas & indomitas gen-
 tes mitigauit / & fidei dominicę subiugauit. Philip-
 pus i Samariam dehinc i æthiopiam cōcessit. Simon
 cananeus postq̄ circūquaq; Christi euangeliū præ-
 dicauit: demū post martyriū Iacobi hierosolymita-
 ne ecclesiæ epūs ab apostolis delectus ē. Matthæus
 sortitus est Aethiopiam. Andreas scythiam & Aca-
 iam. Ionnaes Asiam. Bartholomeus Lycaoniam /
 indiamq; citeriorem. Postremo in Armenia maio-
 re uiuens / a barbaris pellenudatus est: ac iussu Re-
 gis capite cęsus / martyrio coronatus. Mathias oēm
 iudæam euangelio Christi repleuit. Iacobus frater
 Ioannis apostoli in Galilea Christum prædicans
 ab Herode tetrarcha gladio occisus est. Thomas
 euāgelium prædicauit Parthis / medis / persis / hircā-
 nisq; ac bactrianis & indis: perlustransq; orientale
 plagā & interna gentium penetrans / lanceis transfi-
 xus occubuit in India. Marcus i ægyptū perrexit:
 & primus alexandrię Christum ānunciauit. Lucas
 medicus anthiocēsis sectator apostoli Pauli & oīs
 eius pegrinatiōis comes / græca lingua eruditus in
 græcia euangeliū scripsit / & Cōstantinopoli sepul-
 tus est. Barnabas cyprius cum Paulo gentium apo-
 stolus ordinatus est. Timotheus apud ephesum:
 Titus i creta euāgelicę prædicationis opus perege-
 runt. Cæteri autē discipuli Saluatoris nostri ad præ-

Philippus

Simon

Matthæus

Andreas

Ioannes

Bartholo-

meus

Mathias

Iacobus

Thomas

Marcus

Lucas

Barnabas

Timo-

theus

Titus

dicandum uerbum Dei per singulas quasq; orbis
terræ puincias dirimuntur. Et ut Vates ille factissi-
mus cecinit. In omnem terram exiuit sonus eorum
Et in fines orbis terræ uerba eorum.

Conclusio

Cum igitur neq; in superiori aut inferiori parte habitabilis
nostre; neq; in insulis tam oceanis quam mediterranei ma-
ris Antipodes inueniantur: neq; exploratum sit quibus re-
gibus aut quibus institutis gubernentur: quæ gesta
aut monumenta eorum: qui mores: quæ leges: qui
habitus: quæ pacis aut belli artes: quis cultus: quæ
religio: quæ domi uel foris munia: denique quod nullus
ex discipulis Christi ad illos accessit: Luce clarius
constat Antipodes nunquam fuisse. Sed nescio quomo-
do plerique errare malunt: eamque sententiam quam ad-
amauerunt / pugnatissime defendere: quam sine perti-
nacia quod constantissime dicatur exquirere.

F I N I S

46

Zachariæ Liliū Vicentini Canonici Regularis
ad Præstantissimū Dei Præconem Mattheū

Bossum Veronensem/ concanoni

cum & patrem optimum de mi

seria hominis & contemptu

mundi liber incipit



VM MVLTA DIVINITVS A MA

ioribus Nostris inuenta atque institu

ta sunt: tamen nihil præclarius dici po

test: q̄ ut se q̄sq; noscat: & nihil nimitū

cupiat. Ea enī præcepta a Chilone lace

Chilon

dæmonio sūmæ auctoritatis philoso

pho tradita/ in tēplo Apollinis Delphici litteris au

reis consecrata uisuntur. Quæ ut facilius mortales

omnis assequi possint/ utilissimū fore existimaui:

si de miseria hominis impresentiarum ad te perscri

berem. Quantū igit̄ sit misera/ fragilisq; uita hoīs/

aīalium supbissimi: cuius causa uideē cūcta alia ge

nuisse natura/ ipsius origo exitusq; fatenē. Nūdus

.n. rebus oibus / iopsq; nascit̄ ad uagitus statim &

ploratum. Infeliciter natū iacet / māibus pedibusq;

deuictis flēs aīal ceteris ipaturū & a suppliciis uitā

auspicaē. Heu mortaliū demētia ab iis initiis existi

mātiū ad supbiā se genitos: q̄ scire nihil possūt si

ne doctrīa: nō fari/ nō īgredi/ nō uesci/ breuiterq; nō

aliud a natura spōte datū q̄ flere/ sūmē iter cūcta aīa

lia imbecillitatis indicīū: uni aīantiū luctus ē datus:

uni luxuria: uni ambitio: uni auaritia: uni immensa

uiuendi cupido: uni supstitutio: uni sepulturæ cura.
Nulli pavor confusior. Nulli rerum omnium libi
do maior. Nulli deniq; uita fragilior: quippe quæ
muscularum morsus sæpe necat: & nōnunquam ca
tellus rabidus / blāda & amica domino suo bestia /
ipsum morſu iterimit. Plerūq; uero necdū ī lucem
editus: causa abortus fiat odor a lucernarū extinc
tu: ac mille modis: nūc ferro: nūc uiclis: nūc fame:
uarioq; morborū genere extinguit: ac ueluti nebula
soluit: surgēsq; ī aera fumus. Quot clarissimi uiri
& magni p̄cipes futuri / ī fascia mortui sūt? Quot
dulcis uitę exortes & ab ubere raptos Abstulit atra
dies: & funere merſit acerbo? O falsa & cæca mor
taliū spes. Heu quot & quāntis malis hęc ipsa ui
ta / si uita dicenda est: plena conspiciť. Quid amor
ipse tot rerū noxiarū: ex quo mordaces curæ / per
turbationes / moerores / formidies / ī sana gaudia /
discordię / lites / bella / īsidia / inimicitię: parcidia
oppressiones īnocētū. Quis ullo sermone digerit:
qs ulla cogitatione cōprehēdit: quātus est metus:
quāta calamitas a dānis & deceptionibus hoīum:
a suspicionibus falsis: a uiolēris facinoribus & sce
leribus alienis? quando quidem ab eis depredatio
& captiuitas / uicula & carceres / exilia & cruciatus /
amputatio membrorū & priuatio sensuū / fornica
tiones & adultera / incesta & stupra / & alia multa
horreda sæpe contingunt? Quid ab innumeris ca
sibus qui extrinsecus ab homine formidantur / im

bribus/tempestatibus/alluionibus/tonitru/gran
dine/fulmine/motibus/hiatibusq; terrarū/ oppres
sionibus ruinarum/ a tot uenenis fructicū/ aurarū/
serpētum / ac ferarum? Quæ naufragia patiunt̄ na
uigantes? Quæ terrena itinera gradientes? Quis
ubicunq; consistit: non iopinatis rerum euentibus
subiacet? Quid uidetur sedente securius? De sella
in qua sedebat/ cecidit Heli sacerdos maximus / &
mortuus est. Morborū uero tam ifinita est multitu
do: ut Pherecydes Syrus qui profam orationē con
dere instituit: copia serpentū ex corpore eius erum
pente expirauerit. Quibusdā perpetua febris est:
ut. C. Mecenati: cui etiā triennio supremo nullo ho
ræ momento contigit somnus. Cōtra milleformes
demonum incurfus quis inocentia sua fidit? cum
etiā paruulos baptizatos: quibus certe nihil est in
nocentius: aliquādo sic uexant: ut in eis certe mō
stretur huius uitę flenda calamitas: & alterius desi
derāda foelicitas. Ipse postremo somnus / qui pro
prie quietis nomē accepit: quis uerbis explicet / sæ
pe somniorum uisis q̄ sit inquietus: & q̄ magnis li
cet falsarum rerum terroribus/ quas ita exhibet: &
quodāmodo exprimit: ut a ueris eas discernere ne
queamus: animā miseram sensusq; perturbet?

Heli

Pherecy
des

Mecenas

Est igitur hæc uita corruptibilis / laboribus & amari
rudine plena: quā honores efferūt: dolores eiiciūt:
esca inflant: ieiunia macerant: ioci soluūt: tristitiæ
cōsumūt: sollicitudo coartat: diuitiē tactāt: inopia

sternit: iuuentus extollit: senectus incuruat: infirmitas frangit: moeror deprimit: & his malis mors furibunda succedit/ uanisq; gaudiis ita finem imponit/ ut cum miseri mortales esse desiderint: nec fuisse putentur. Quę igitur in uita iocunditas esse potest: cum dies & noctes cogitandum sit: iam iamq; esse moriendum? Incertum itaq; ac fragile est hoc munus naturę / quod datur nobis. Malignum uero & breue

Mortef re
pētinę

Sophocles
Dionysius

iis etiā quibus lōgo tēpore uiuere cōtingit. Quid quod multi repentina morte uario euētu perierūt: qui se diu uiuere credebāt? Gaudio obire Sophocles poeta/ & Dionysius Siculorū rex: uterq; accepto tragicę uictorię nuncio. Mater cannenſi pugna filio icolumi uiſo contra falſum nuncium. Pudore

Diodorus

Diodorus dialecticę professor/ iuſoria quęſtione ad interrogationem Stilponis non protinus diſſo-

Duo Cęſa
res

Q. Aemi
lius

M. Iuuēcus

luta. Duo Cęſares/ pretor & Iulii Cęſaris pater: dū matutino calciantur. Q. Aemilius Lepidus cum ianuā cubiculi egrederetur limini pollice icuſſo. M. Iuuenius cōſul cum ſacrificaret. Legatus Rhodiorum qui magna cum admiratione in ſenatu cauſam perorauerat: limen curię progredi uolēs/ protinus

A. Mālius

expirauit. A. Manlius Torquatus uir cōſularis cū placentiā in coena appeteret. P. Quītus Scapula cū coenaret. Decimus Saufeius Scriba cum prāderet.

Cor. Gal
lus

Cornelius Gallus pratorius: & Q. Heterius eques romanus in Venerea uoluptate ad ſtygiā paludē miſeram aīam pręmiſerunt. C. Aufidius cum in ſenatū

iret/offenso pede i comicio. L. Ducus medicus ual
 la dum mulsi potionē haurit. Ap. Saufetus cū a bal-
 neo reuersus ouum sorberet. Anacreon poeta aci Anacreon
 no ue passē. Fabius senator p̄tor i lactis hauſtu Fabius
 uno pilo strangulatus occubuit. Plato i nuptiis di Plato
 scumbens mortuus est.

O uana & fallax mortaliū uita quæ tã pulchra iocun-
 daq; uideſ. Occulte enī labiſ: fallitq; uolatilis gras.
 Languemus medio ut foenū quod ceditur æſtu.
 Ut roſa peſtano languet adempta iugo.
 Sub alearū ludo uita noſtra decurrit. Nemo igitur
 ætate florida & corporis uiribus fidat: nemo diui-
 tiis & fortunæ muneribus ſe efferat: nemo igēti re-
 rū ſucceſſu ad nubila caput tollat: rāti certe quiſq;
 perire potuit. Heu miſeri mortales quot iopinatis
 caſibus ſubiacēt: dumq; ad ſummum claritatis gra-
 dum aſcēdere moliuñt: uel eis iter præcidiſ: uel i al-
 tum euecti iſoeliciter ruūt. Quis unq̄ foelicior fu-
 turus erat Marcello Octauie filio ſororis Auguſti: Marcellus
 quē poeta clariffimus tantis extulit laudibus?
 Egregium forma iuuenē & fulgentibus armis.
 Eum Auguſtus ſibi adoptauerat: ac tanti iſperii ſuc-
 ceſſorē delegerat. Sed heu miſerāde puer / decimo
 octauo ætatis āno / i ipſo iuuetutis flore extictus ē.
 Quot iſpatores & reges excellētiffimi ferro aut ue-
 neno iſterfecti ſūt? Quot fulmine icti interierūt? Sa-
 ne clariffimorū hoium grauiffimos exitus accipi-
 mus. Nōne / ut hiſtorici tradūt / Ninus rex aſſyriorū Ninus

- qui primus finitimis bella intulit: & rudes adhuc
ad resistendū populos / & belli ignaros / terminos
usq; libyæ perdomuit: cum urbem oppugnat / quæ
a se defecerat / ictu sagittæ iterit: Zoroastres bactria
Zoroastres norum rex: quem solum iter hoies risisse eodē die
quo natus est / accepimus / eundēq; mūdi p̄cipia /
siderumq; motus diligentissime spectasse: in bello
quod aduersus Ninum gerebat / occisus est.
- C**yrus rex persarum qui asiam & uniuersū orientem
Cyrus ī potestatem redegit / a Thomire regina Scytharū
cum ducentis milibus persarum trucidatus est. Il
ludq; memorabile fuit / q̄ neq; nuncius r̄tæ cladis
superfuit. Caput Cyri ī utrem humano sāguine re
pletum / coniectum fuit cum hac exprobratione. Sa
tia te sanguine īquit / quem semper sitisti .
- X**erxes quoq; rex persarum terror antea gētium / qui
Xerxes mare classibus / terrā pedestri exercitu operuit: ab
Arthabano p̄fecto eius iterfectus est. Nō ne Pria
Priamus mum troianorū regem potētissimum legimus san
Hector guine foedantem quos ipse sacrauerat ignes: Hec
Achilles tor & Achilles rei bellicæ gloria īsignes / non ne &
Hercules ipsi ferro iterierunt: Hercules omniū fortissimus /
cuius laudes & duros labores Maro elegāissime
cecinit: eidē cum Deianira sanguine Centauri tunc
tam tunicā dedisset: clade horribili absūptus est.
- P**ausanias nobilis adolescēs Philippum Regem ma
Philippus cedonum gladio obruncat: diemq; foelicem foe
Darius dum luctu funeris facit. Darius rex persarum qui
bellum

bellū cū Alexandro magno diu uariante fortuna /
 magna uirtute gessit: a cognatis occisus uitam pa-
 riter cū persarū regno finiuit. Alexander macedo / **Alexāder**
 uir supra humanā potētā magnitudine animi præ-
 ditus / annos tres & triginta natus apud Babylonē
 in ipso ætatis ac uictoriarū flore ueneno extinctus
 est. Dionysius tyrānus quem paulo ante nō Sicilia **Dionysius**
 nō Italia capiebat / insidus suorū iterficiē. Pyrrhus **Pyrrhus**
 Rex Epiri paterno genere ab Hercule oriundus cū
 impium orbis agitarer: dū Argos ī pelopōneso op-
 pugnat / saxo de muris ictus occidit. Antiochus **Antiochus**
 Rex Syriæ q̄ nimia opū fiducia bellū Romanis in-
 tulit: uictus & ultra taurū montē relegatus / a soda-
 libus ī cōiuiuo occisus est. Mithridates Rex ponti **Mithrida**
 magna ui animi & corporis præditus: qui bellū cū **tes**
 Po. Romano p̄ quadraginta annos magna uirtute
 gessit: ueneno pariter & ferro absumptus est. **Romulus**
Romulū primū Romanorū regū / q̄ nouę urbis moe-
 nia fraterno sanguine foedauit / a Senatiū disceptū
 putāt. Tullus hostilius tertius Romanorum Rex **Tullus**
 fulmine ictus cū regia cōflagrauit. Lucius Tarqui **Lucius**
 nus priscus regno exutus interfectus est. Seruius **Seruius**
 Tullus ferro occisus est. Tarquinius superbus po **Tarquus**
 stemus Romanorū Rex / regno pulsus cū summa
 ignominia reliquū uite rēpus exegit. Marcus Atti **Regulus**
 lius regulus qui primus Romanorū ducū in aphri-
 cam exercitum traiecit / oppida ducenta & hoīum
 ducenta milia accepit: ad extremū in arcā ligneam

Hānibal

Crassus

Cn. Pompeius

Cæsar

Augustus

coniectus clavis introrsum adactis / uigiliis ac dolore peremptus est. Hānibal poenus dux ferocissimus / ac rerū gestarū gloria clarus sumpto ueneno iterit. Marcus Crassus tum cū maximis opibus fortunifq; florebat: Publico filio interfecto / exercituq; deleto trans Eufratem: dum parthico inhiat auro: undecim strage legionum & ipsius capite cū ignominia & dedecore mulctatus est. Aurum enī liquidum in eius ore effusum est: ut cuius animus arserat auri cupiditate / eius etiam mortuū & exangue corpus uteretur. An Cn. Pompeium censet tribus suis consulatibus / tribus triumphis / maximarum rerum gloria letari potuisse: cū amisso exercitu / in solitudine ægyptiorum trucidatus sit? Quid uero Cæsarē putamus: qui in Senatu ante Pompei simulachrum / tot centurionibus suis inspectātibus / a nobilissimis ciuibus / partim etiam a se ornatis / interfectus ita iaceret: ut ad eius corpus / non modo amicorū / sed ne feruorū quidem quisq; accederet. Trauianus Cæsar Augustus quem mortales uniuersi nuncupāt foelicē / & si ferro uitā nō finiuit: multa tamē infoelicitatis humanę i eo reperiunt̄ aduersa. Repulsa i magistrerō equitū: & cōtra uoluntatē eius prælatus Lepidus. Collegium in triumuiratu pessimorū ciuium. Philippenſi prælio quod gessit aduersus Brutum & Cassium fuga: & triduo i palu de latebra ægroti & aqua subter cutem fusa: turgida latera: dolor uessicæ / quo per urinam calculos

48
eiiciebat. Naufragia sicula: & alia ibi quoq; in spe
lunca occultatio. In nauali fuga bis classe uictus Aduersa
naues perdidit: & urgente hostium manu preces Augusti
Proculeio mortis admotę. Cura perusine cōtentio Cęsarıs
nis: in qua minimum fuit qn periret concursu mili
tū: ac etiā circa perusinū murū pene interceptus est
a manu gladiatorū / quę oppido eruperat. Solicitu
do martis actiaci aduersus. M. Antoniū / dalmatici
pānoniciq; belli. Ruina pōtis ī dalmatia / qua con
sauciatus ē crus & utrūq; brachiū. Tot seditiōes mi
litū. Tot ācipites morbi corporis. Marcelli nepotis
īmatura mors. Agrippę quę ī filiū adoptauerat / ab
dicatio. Totiēs perita īfidiis uita. Luctus liberonū
Caii & Lucii / quos ī duo de uiginti mēsiū spatio
amisit ambo. Adulteriū filię & nepris: quas oībus
probris cōtaminatas relegauit: abstinuitq; congres
su hoīum diu p̄ pudore: & de necāda filia delibe
rauit. Inopia stipendii. Viginti milium seruorum de
lectus. Rebellio illyrici. Pestilentia urbis. Fames Ita
lię. Destinatio expirandi / & quatruidi inedia. Va
riana clades in Germania pene exitiabilis: tribus le
gionibus cū duce / legatisq; & auxiliis oībus cęsis:
qua adeo consternatū ferūt / ut p̄ cōtinuos menses
barba capilloq; submisso / caput iterdum foribus
illideret / uociferās. Quintili Vare legiones redde.
Suspitio ī Fabium / arcanorūq; proditioes. Hinc
uxoris & Tiberi cogitationes / suprema eius cura.
Tandem herede hostis suę filio excessit.

N ulla igitur est solida foelicitas / quã contumelia ulla
uitæ rumpit. Nam si uerũ facere iudiciũ uolumus:
ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere:
mortalium nemo est foelix. Vana mortalitas: uania
& imprudens hoium diligetia. O quã multos accepta
afflixere imperia. O quã multos diuitiæ perdidere: &
ultimis merere suppliciis. Iure ergo Democritus
& Diogenes philosophi sapientissimi uitæ huius mi
feriam concernentes / limen domus quotiens egre
diebatur / alter in risum / alter in fletum protinus sol
uebantur. Democritus. n. ridebat curas: nec non &
gaudia uulgi. Diogenes uero moestus & lachry
mans uanos flebat hominum errores: / & tot disci
mina rerum.

T iberius Cæsar qui Augusto successit / ueneno obiit /
ut quidam putat / a Caio dato. Caium Galiculam tri
bus & triginta uulneribus confecerunt. Quidam etiam fer
rum pro obscena adegerunt. Quintus Claudius Cæsar
ueneno excessit. Nero Claudius Cæsar ferro defe
cit / extensis ac rigentibus oculis usque ad horrorem for
midinẽque uisentiũ. Galbam Sergium impatorem. vii.
equites in foro trucidauerunt. Otho Siluius pugio
ne / uno se traiecit ictu: quo exanimatus est. Vite
lius Aulus impator nonus religatis post terga ma
nibus / iniecto ceruicibus laqueo / in forum tractus
iter magna uerborum ludibria / magnis uulneribus
confectus est: & inde unco tractus in riberim. Domi
cianus impator. xii. terribilis cunctis & inuisus: tan

dem oppressus est amicorū libertonūq; intimorum
 cōspiratione / simul & uxoris. Idq; horrēdū euenit:
 ut repētina tēpestate detecto funere semiuultū cada
 uer discerperēt canes. Antonīnus comodus strāgu
 latus occubuit. Helius p̄tinax ī palatio occisus est.
 Iulianus / Antonius caracalla / & Macrinus īterfecti
 sunt. Marcus Aurelius cum matre occisus est. Aure
 lius Alexander militari tumultu īterfectus est. Ma
 ximinus ferro uita finiuit. Gordranus apud Eufra
 tem occisus est. Philippus q; primus oīum ex Ro
 manis imperatoribus christianus fuit / Philippū filiū
 suū cōsortē regni facit. Philippus senior Veronā:
 Iunior Romā occidit. At ne longius decurrat ora
 tio: Carus fulmie ictus īterit. Dioclicianus ueneno
 excessit. Maximianus galerius se īterem̄it. Maxen
 titis ī tyberim submersus est. Valens ab insequenti
 bus hostibus cū casa ubi latebat / igne confūptus
 est. Reliqui Imperatores Romanorū usq; ad Carolū
 magnūm prater paucos ferro omēs uitam cum re
 gno pariter finierunt.

Antōinus
 Helius
 Iulianus
 Antonius
 Macrinus
 M. aurelius
 Aurelius
 Maximius
 Gordianus
 Philippus
 senior
 Philippus
 iunior
 Carus
 Dioclicianus
 Maximia
 nus
 Maxētius
 Valens

Pauci igit̄ ad inferos sine cāde & sanguīe descendūt
 Reges & sicca morte tyrāni. O praua hoīum soliti
 tudo & futurae sortis nescia. O uanas mortalium
 curas: o quantū est rebus inane. Omīa quae sub cā
 lo cōsistunt / uanitatē esse dixit sapientissimus So
 lomō: & nihil aliud mortales habere de omni cu
 ra & opere quo sub sole laborāt: prater sudorē &
 animi afflictionē. Mors illos infeliciter rapuit: qui

quondam foelices dicti sunt / pontifices / imperato
res / & reges. Nūc miseri iacēt nudi & mendici. Vbi
sunt eorum diuitiæ / ubi gēnæ / ubi honores / ubi
sceptra / ubi thiaræ & coronæ purpureo distinctæ
colore? Miseri profecto sunt / q̄ in fluxis caducisq̄
rebus nimis sperāt / atq̄ confidunt. O cæcum mor
tale genus. Quid p̄dest tantos nequicq̄ agitare la
bores? Omnes ī terram reuertimini / & noīs uestri
uix ulla extat memoria. Ecce sumus puluis; sumus
ecce miserrima tellus. Et nostri fugiunt ut leuis au
ra dies. Quid prodest barbaras subdere nationes:
& ab eis annum cēsum exigere: cum animi uestri
ad proprium semper sint damnū accensī? Mors
tūm aduenit / cum non expectatur: uanaq̄ morta
lium cogitatiōes rumpit. Et quāto nos diutius ui
uere delectat / tāto nos īfoelices durius ac celerius
rapit. Euolant breui spatio dies pariter mēses & an
ni. Festinat. n. discurrere uelox Flosculus angustæ
miseręq̄ breuissima uitæ Portio. dum bibimus: dū
serta / unguenta / puellas Poscimus: obrepit nō in
collecta senectus. Post uarios casus rerū uariosq̄ la
bores Mortales miseros rapit inclementia mortis.
Nō habemus hic stabilem sedem? sed nouas inqui
rere oportet regiones. O sapiēs / aurea / & celebran
da apostoli doctrina. Cōmorandi. n. natura diuer
sorium nobis nō habitādi dedit. Peregrinatio est
uita nostra. Cū ambulaueris / demū redeundū est.
Nemo florida ætate cōsifus longiorē sibi uendicet

Apostolus

uitam. Hoc unū certe est / quod æque ad iuuenem
 & ad senē p̄tinet. Nō citamur inquit Seneca / ex nu
 mero annorū. Adoleſcētes & impubes eadē fari ne
 cessitas ducit. Nō enim refert quæ sit homīs ætas /
 sed quæ sit meta. Multos uitam differētes mors in
 certa præuenit. Itaq; omnis dies ultimus iudican
 dus est.

Sed age ut quisq; degat ad extremā usq; senectutē:
 illecebrisq; affluat & diuitiis. Quid tandem p̄dest
 homini si totius orbis imperium teneat / aīa uero
 sua æternis flāmis crucianda damneſ? Quid rogo
 profuit Alexādō magno: q̄ uniuerſo oriente pos
 sessor / longe lateq; imperiū protulit: indiam quoq;
 uictor penetravit? Quid Scipioni aphricano / qui
 uariis cladibus Poenos obtriuuit: & Carthaginem
 Romani imperii æmulam expugnauit? Quid ma
 gno Pompeio rerum gestarum gloria clāro: q̄ pri
 mus ī hyrcanum / rubrum / & arabicum mare usq;
 peruenit: ac per thuris & balsami siluas Romana si
 gna circūtulit? Quid Iulio Cæsari animo & armis
 inuictissimo: qui Romanum imperium uiribus oc
 cupauit? Quid Octauiano Cæsari Augusto: qui re
 rum sūma potitus / orbis imperium foelicissime re
 nuit? Quid Platoni uiro ingenii singularis & p̄pe
 diuini: q̄ litteras q̄ si roto fugientes orbe p̄secutus
 est? Quid Aristoteli philosophorū p̄cipi inanis
 philosophiæ gloria? Quid Gorgiæ philosopho
 leontino: q̄ primus oratoriæ artis iuētor / a plenisq;

Seneca

Alexāder

Scipio

Pōpeius

Cæsar

Octauiāus

Plato

Aristoteles

Gorgias

tradit? Quid Demosthenis summo apud graecos ora
tori? Quid deniq; M. Tullio Ciceroni: qui flōs de
cus & ruba Romani eloquit; ac utriusq; linguæ fa
cundus & peritissimus fuit? Quid ceteris quæ ma
xima turba est? Quid illis inquam mūdi huius in
petiā/honores/falces/dinitie/famā/gloria/illicebre
profuerunt? Nonne apud orcum uaria poenarum
genera luūt? Quos Rhadamāthūs feruētissimus iu
dex: imo deus omnipotens castigatq; auditq; do
los: subigitq; fateri. Quæ quis apud superos fur
to lætatus inani. Distulit in seram commissa piacū
la mortem. Male igitur sibi consulunt: qui non fu
tura: sed transacta perpendunt. Heu nimia fragili
tatis humanę i prosperis rebus obliuio. O certe sur
di/nudi/& fragiles/iudicio & cōsilio inopes/agni
omnino & miseri mortales. Heu uaga hominū cū
pido/& i fine semper egena. Ad quid tot uanæ cu
re/cum breuis hora surripiat/ quod partum est tem
pore longo? An non uidetis nec opibus abundan
tiam: nec regnis potentiam: nec honorem dignita
tibus: nec celebritatem gloria: nec lætitiā uolup
tatibus posse contingere? Ex sunt illa pestes: quæ
mortale genus hominū ad oīa facinora in præceptis
agunt. Sed eniti ad sūmum nemo poterit: nisi quæ
sūt ima despexerit. Quisq; n. carnis illicebras fue
rit amplexus/ & cupiditates suas in terrā fixerit: su
periora bona cōsequi non poterit. At qui uentura
prospectant: exitumq; uniuersorū putāt: facile oīa

Seneca
Alexander
Scipio
Popeius
Cæsar
Orantius
Plato
Aniloelel
Gorgias

8-11
contēnunt: cū semp cogitēt se esse morituros. Tri-
tū siquidē & ad oēs decantatū est/ uitā nostrā pere-
grinationē quandā esse. Debemus ergo & nos aīo
præmeditari qd aliquādo futuri sumus: quod ue-
limus/ nolimus: abesse lōgius nō potest. Proīde ue-
rissimam puto illam Platonis sententiā. Omnem
sapientis uitam meditationem esse mortis. Hæc est
que altā spernit gloriam: quæ iuoluit humile pari-
ter & celsū caput: equatq; sūmis ifuma. Hęc tādē ut
apud Aristotelē legimus/ est oīum terribilissimū.

Mortem igitur terribilem esse ac perhorredā/ hęc ma-
xime ostentāt. Amor cōnexionis animæ & corpo-
ris/ dolor ægritudinis/ terror damnationis æternæ.
Anima. n. corpori unita ægre diuellitur: q̄a ppor-
tione mirabili unitā corporis & aīæ harmoniā dif-
folui īgemiscit/ & plāgit omnis homo. Naturaliter
pfecto insitū est/ ut q̄sq; effugiat & horrescat sepa-
rationē corporis ab aīa. Cū igit affectus iste tam ue-
hemēs nobis ihereat/ certissime constat: q̄ nō sine
maxima acerbitate & horrore possūt corpus & aīa
rāto foedere copulata seiungi. Aīa uero a corpore
dissoluta/ breui spatio seq̄t̄ carnis corruptio & cor-
poris putrefatio. Hæc est. n. gloria mortaliū: putre-
do & uermēs. Hodie extollitur homo: postera die
nō iueniē. Qui. n. paulo ante sedebat gloriosus ī
throno/ modo iacet uilis ī tumulo: q̄ ī uita delitiis
uescebat/ nūc a uermibus ī sepulchro cōsumiē: qui
heri ī aula sua clarus astabat/ modo ī terra ignomi

niosus iacet. Mors itaq; sola fatetur/ quantula sint
hominū corpuscula. Hereditas hoīs serpētes & uer
mes. Ex cerebro nāq; / ut ferūt / bufo gigniūt: ex re
nibus serpentes: ex uētre lūbrici: ex carne uermes:
ex pelle tineæ. Quid igitur humano cadauere feti
dius esse potest? Quid horribilius hoīs mortuo?
cuius dū uiueret: gratissimus erat āplexus: ī morte
uero horribilis aspectus. Quid ergo illi profunt di
uitiæ/ qd deliciae/ quid honores? Diuitiē nō libera
bunt a morte: deliciae a uermibus: honores a putre
dine & fetore. Negare certe nō possumus qn mor
tis angustia fortis sit & magna/ sed lōge maior est
timor dānationis eterne. O mors horrēda oīumq;
terribilissima: quæ nihil humanū finis esse diutur
num. O crudele & inexorabile fatum: q̄ amara est
diuitibus memoria tua: q̄ iniocūda ē homini opu
lento pace fruenti substantiis suis. Mors certe terri
bilis iis est: quorum cum uita omnia extinguuntur:
non iis quorum laus emori nō potest. Conscientia
enim bene actę uitę/ multorumq; benefactorum re
cordatio iocundissimam efficiūt mortem. Verum
quid profuit illis/ qui in luxuria turpi & præsentis
uitę uoluptatibus usq; ad diem ultimum perman
serūt? Intuere nunc sepulchra eorum/ & uide/ si est
aliquod in eis iactantię suę uestigium: si aliqua di
uitiarū uel luxurię signa cognoueris. Require nūc
ubi pretiosę uestes & odoramēta peregrina: ubi &
spectaculorū uoluptas: ubi & seculariū turbæ & cō

52
uiuiorū cessit opulētia. Rīsus / iocūs / & imoderata
atq; effrenata lēticia quo abiit / quo abscessit? Acce
de ppius ad singulorum sepulchra / & diligentius
aspice. Vide cineres solas & fetidas uermū reliquas:
& recordare hunc esse corporum finem: etiā si in lē
ticia & deliciis transegerint uitā. Atq; utinā res oīs
nostra non nisi usq; ad cineres ueniret & uermes.
Parua certe uiderent hęc damna. Nunc autē cōuer
te oculos tuos ab istis cineribus & sepulchris ad il
lud diuini iudicii tribunal horrendum: ubi fletus
& stridor dentium: ubi dēfissimæ tenebræ: ubi ille
consciētia uermis semper edax: qui nunq̄ morit̄:
ubi ignis / qui nunq̄ extinguitur. Hęc diligenti cu
ra mēte reuoluāt ii / qui terrenis illecebris / & cadū
cis fluxisq; rebus se penitus dediderunt: & illum
gehennę ignē his quæ nūc illos exagitāt flammis
libidinis & cupiditatis opponāt. Est. n. hoc mira
bile medicamēti genus / ut ignis ignibus extingua
tur. Si autē extincti nō fuerint isti q̄ te nūc citāt: illos
tibi æternos ignes acriores & iextinguibiles reddēt.
Non ne omne tempus uitę huius quo deliciis frui ui
demur & indulgere libidini: quasi noctis unius
somnum uidetur ad æternitatis comparisonem?
Carpimur enī ut stipulę rapido carpuntur ab igni.
Nec nisi uiuendo somnus & umbra fumus. Apud
Hypanim fluium europæ qui in pontum influit /
Anstoteles ait / bestiolas quasdam nasci: quæ unū
diem uiuant. Confer nostram longissimā ætatem

cum æternitate: in eadem propemodum breuitate
qua ille bestiolæ reperiemur. Est ergo aliquis tam
demēs effectus: q̄ ut die uno cunctis uoluptatibus
& deliciis affluat: æternas subire eligat p̄nas? De
licia quidē uelut umbra p̄transeunt: ac dānosē libi
dines uelociter fugiunt: poenæ uero perpetuæ ma
nent. Nūc ergo cū possibile sit / paruo tēpore si con
uertamur ad deū / effugere oīa illa cruciamēta p̄oe
narū / & perfrui bonis æternis: quid differimus: q̄d
moramur: & diuina largitione nō utimur? Non ne
melius est breui tēpore dimicare / ferre uallū / arma
sūmere / lassessere sub lorica: & postea gaudere uic
torem / q̄ impatiētia unius horæ seruire perpetuo?
Diuinis euangelium uocibus intonat. Nō potestis
deo seruire & mamonæ. Audet quisquā mēdacem
Christum facere? Veniet / ueniet illa dies: qua r̄ba
declamās terrorē cunctis adiiciet: tūc pauebit terra
cū populis. Lugubris mūdus imugiet: tribus ad tri
bū pectora feriet: potētissimi reges nudo latere pal
pitabūt. Exhibebit cū prole sua Venere tūc ignitus
Iupiter. Adduceēt & cum suis stultus Plato discipu
lis. Aristoteli argumēta nō p̄derūt. Fallit quisquis
hic uult gaudere cū sæculo / & postea regnare cum
Christo. Quanto. n. in mūdo maior fuit gloria &
lætitia / r̄to maior apud inferos poena parat̄. Heu
cor lapideum / si ob huius mūdi uana & parua so
laria / nō formidas illū tam crudelē atq; terribilē iu
dicii diē: in quo nō solū de grauioribus peccatis!

52
sed etiam de qualibet cogitatione uana oportebit
re domino reddere rationem.

Dolor agnitiois mortem acerbissimam efficit. Nam
in morte contingere solent uaria morborum gene-
ra: & maximi dolores: qui uehementer uires corpo-
ris opprimunt: somnum auferunt: quietem impediunt.
animam grauant: appetitum destituunt: sensus omnes
perturbant: memoriam obtundunt: intellectum obnu-
bilant: adeoque animam occupant: ut nihil aliud cogi-
tare possit quam dolores. An non dolor illi: stomachi
molestia. Nec non ardentissime febres mortem reddunt
amaram plusquam absinthium? Tanta. n. tunc est uis do-
loris: ut homo nequeat reprimere imperium cogita-
tionum. Recte igitur in psalmo dicitur. Non est in
morte qui memor sit dei. Male itaque sibi consulunt
qui in seram mortem differunt poenitere. Punitur
enim hac animaduersione peccator: ut moriens obli-
uiscatur sui: qui dum uiueret oblitus est dei. Sed for-
te quis dicet. Peccator qui toto tempore male uixit:
in mortis articulo accepta penitentia: a deo ueniam
obtinebit. Heu quam uana presumptio & falsa medita-
tio. Vix de ceterum milibus: quorum mala semper
fuit uita: meretur a deo ueniam unus habere. Vir to-
tus in peccatis genitus & nutritus: qui nec deum agno-
uit: nec audire uoluit: nec se peccasse cognoscit:
nec quod penitentia sit: nouit: totus adhuc illecebris
& secularibus deditus negociis: quem angor pre-
mit filiorum: quos deserit: quem infirmitas conterit:

quem dolor diuitiarum & temporalium rerum con-
cutit: cum eis non posse frui amplius se cernit: quem
scelerum terrent monumeta priorum: quem suae li-
bidines torquent: quem conscientiae stimulat male-
ficiorum suorum: quem dies noctesque exanimat me-
tus diuini iudicii & damnationis aeternae. Quocumque
aspicit/ut furiae sic sua occurrunt facinora: quem eum
suspirare non sinunt. Quam acceptam deo accipit poe-
nitentiam? Quam certe non acciperet: si adhuc se pos-
se sanari crederet. Sed uere concludam: qui dum sa-
nus est/deum offendere non formidat: in morte non
merebitur diuinam gratiam obtinere. Quae enim
est poenitentia: quam solus quis accipit/ cum se uiue-
re amplius non posse diffidit? qui si ex infirmitate
conualesceret: peior quam prius efficeretur. Hinc pracla-
re scriptum est ab Aurelio Augustino. Siquis in ex-
trema necessitate constitutus poenitentiam accipere
uoluerit: & mox reconciliatus hinc migrat: fateor
nulli negandum esse quod petit. Sed utrum hinc
securus exit/nescio. Poenitentiam quidem dare pos-
sumus: securitatem uero nullam. Nec tamen illum
damnandum seu liberandum censeo. Quisquis er-
go ab hac dubietate liberari cupit/ poenitentiam agat
dum sanus est. Nam eo tempore poenitentiam egit:
quo peccare potuit. Cum uero aliquem malefacto-
rum poenitet/ quando amplius peccare non potest:
non propterea delicta deserit/ sed illum peccata re-
linquit. Cur itaque miser homo non emedaris? Quid

54
differs de die in diem conuerti ad dominum? Cur
te malotū iam nō pōenitet? Ecce mors die noctuq;
properat / ut te dire rapiat: & ad ipia tartara mittat:
quæ adeo crudelis est & inexorabilis / ut omnium
regū precibus / ac totius orbis diuitiis & thesauris
unius horæ inducias morienti non impartiret.

Stat sua cuiq; dies: breue & irreparabile tempus
Omnibus est uitę. Et apud Iob sanctissimum legi
mus. Cōstitutos esse omnibus terminos uitę: quos
ultra citraq; transgredi nemo possit.

Diuitem quendā accepimus ī extremis constitutum
corā se afferri præcepisse uasa aurea & argētea / pecu
nia ingēti referta: quę aīa suæ pollicebat: si ab ipso
nō discederet: cum uerō illū dolor ægritudinis ma
gis ac magis premeret: ita eum tradunt esse locutū.
Postq; morari mecum renuis: ultro te dyabolo tra
do: moxq; infoelicē aīam ad tartara misit.

Fertur quoq; apud ueteres frācorū in monumētis tra
ditū / Regē galliæ graui morbo laborātē: & a medi
cis de ægritudine diffidētibus penitus derelictū no
bilitonibus regni sui circūstantibus dixisse. Ecce q
quondam clarissimus & potentissimus eram: auro
argētoq; ditissimus / nō possum īpresētia / neq; diui
tiis / neq; potētia / neq; amicorū precibus extorqre
a morte saltē unius horę iducias. Quid ergo mihi
urbes / regiones puiciæ / & totius regni amplitudo
ī hac ægritudine pdesse potuerūt: quādoq; de neq;
opibus aut uiribus ullis mortis fatū flectere ualeo?

